



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 36. Trajectum aliæque Hollandicæ urbes Arminianis addictæ a Mauritio occupatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. jectum declinare, nec se populi tumul-
 A. C. 1618. tibus exponere velit. Interim vero
 Trajectenses suadente Barnefeldio ur-
 bem & circumvicina loca valido mu-
 niebant præsidio.

§. XXXVI.

*Trajectum aliæque Hollandiæ urbes
 Arminianis addictæ a Mauritio
 occupatæ.*

Ex violenta hac agendi ratione Armi-
 niani sat luculenter cognoverant,
 quod Gomaristæ firmum fixumque ha-
 berent, ablata conscientiæ libertate,
 quos nec ratione nec Scripturæ pon-
 dere possent, saltem armorum vi ad
 sectæ suæ placita pertrahere: Ea de
 causa Hollandiæ & Westfrisiæ Ordines
 die octava Maij ad cunctas sibi addictas
 urbes mandatum dederunt, vi cuius
 inter se novum foedus inire, ac Belgii
 Ordinum ausibus obsistere admoneban-
 tur: cum autem Trajectenses vanis al-
 tercationibus tempus tererent, & ve-
 teres præsidiarii exorta æmulatione
 contra *expectantes* milites ad Arausio-
 nensis Principis partes deficerent, in-
 gens in urbe concitabatur tumultus,
 qui tamen Rumoldi Hogerbetfii, &
 Hugonis Grotii auctoritate sedatus est:
 postea vero Moersbergus Consul Tra-
 jecten-

jectensis, & Ægidius Ledenbergius hu-
 jus Provinciæ Tabularius cunctos ci-
 ves ad capeffenda arma concitarunt,
 occupatisque præcipuis oppidi locis
expectantes præfidiarios imponere festi-
 narunt. Hos tamen prævenit ad om-
 nes casus intenta fedukitas Mauriti
 Principis, qui repulſis *expectantibus*, ci-
 vibusque in officium redactis, Magi-
 stratus officio ſuo amovit, Senatorum
 nonnullos & Ledenbergium carceri man-
 cipavit, & præcipuis ſeditionis aucto-
 ribus exilio mulctatis, Provinciam, ur-
 bemque Trajectenſem Fœderatis Ord-
 nibus aſſeruit.

Sæc. XVII.
 A. C. 1618.

§. XXXVII.

*Barnefeldius unacum aliis in vincula
 conjeſtus.*

Enimvero Hollandiæ Ordines hac
 Mauriti molitione veteres patriæ
 leges & præcipue fœdus anno Chriſti
 milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo
 quinto initum violari querebantur, in-
 caſſum tamen; quippe Arauſionenſis
 Princeps Hollandiam in novam regi-
 minis formam redigere, ſibiſque ſupre-
 mum Belgii Fœderati imperium aſſe-
 rere intentus, Arminianos penitus ex-
 tirpare ſtatuit; unde aucta Gomariſta-
 rum factione, necnon militum obſe-

*Newill. l. 6.
 Merc. Gal-
 lob. tom. 12.
 lib. 2.*